



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quarta. Vtrum sententia excommunicationis iniustè lata liget.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Sancto Porciano

Thom. in additionibus q. 21. ar. 4. & q. 22.

Magistri Durandi de  
sum ego oī timentium te, &c. Alio modo ex intentione  
facientis. Primum valorē non potest excommunicatio exclu-  
dere: quia si sit iusta nō tollit charitatē, sed ablatam suppo-  
nit. Cūm non debet fieri nisi pro peccato mortali quod  
tollit charitatē, ut potesta dicetur. Secundū autē valorē qui  
est ex intentione facientis excludit excommunicatio, ut dictū  
est prius. Habemus igitur quid sit excommunicatio.

6. Paterterā & rationabiliter fertur ab ecclesia, quia iu-  
diciū ecclesie debet conformari iudicio Dei quantum  
est, Deus autē dupliciter punit peccatores, ut eos à pecca-  
to retrahat. Vno modo flagellis castigando. Alio modo  
auxilia subtrahendo: quibus subtrahit homo infirmitatē  
cognoscit, ut sic humiliatus ad Dei redit à quo superbus  
dilectus, ergo Ecclesia hunc modum seruare debet in iudi-  
cīs, quas prout est possibile, debent esse ad correctionem  
delinquentium, seruat autē hoc in excommunicatione: in-  
quantum enim separat excommunicatum à communione  
fidelium, ut erubelcat imitator iudicium diuinum quo per  
flagella castigat, inquantum autē separat eum à suffragis  
spiritualibus imitatur diuinum iudicium quo Deus homi-  
nem sibi reliquit, vt per humiliatorem seipsum cognoscēs  
redit ad Deum, propter quod Ecclesia Romana rationa-  
biliter fert in certis casibus sententiam excommunicatio-  
nis, habens hoc ex iure diuino Mat. 18. vbi Christus loqui-  
tur de correctione fratris delinquentis. Et concludit: si au-  
tem Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus &  
publicanus. Et Apostolus. ad Corint., quoddam excom-  
municauit. Et sic patet primum.

7. DE Secundo autē, scilicet pro quo debeat fieri ex-  
communicatio dicendum est, q̄ non debet fieri nisi pro  
peccato mortali ne pro omni, sed pro contumacia. Ratio  
primi est, quia excommunicatio maioris de qua loquimur  
separat à communione fidelium quantum ad omnē actum  
legitimum, sed ab hac nullus est dignus separari nisi pri-  
uatus charitate per quā est cōmūniō fidelium, nec aliquis  
priuatus charitate nisi per peccatum mortale, ergo &c.  
Ratio secundi est, quia cū excommunicatio introducta sit,  
vt medicina spiritualis pro correctione delinquentium, si  
cut procedit in medicina corporali sic debet procedi in  
excommunicatione, sed in medicina corporali proceden-  
dū est inchoando à medicinis leuioribus ne natura ni-  
mis graueretur. Postremo vero vtendū est fortioribus  
medicinis, ergo similiter in ferenda excommunicatione  
quē est maxima pena ecclesiastica & quasi extrema medi-  
cina prius videntur est admonitionis & cōmōnationi  
bus tanquam leuioribus medicinis. Et ultimo si contumax  
fuerit potest excommunicari. Est autem contumax tripli-  
citer. Si vocatus ad iudicium venire contemnit, vel si ve-  
niens finitentia recedit, vel perfidēs in iudicio, sententia  
iudicis non obedit: & talis contumacia locum habet in  
excommunicatione que fertur ab homine: in sententia  
autem que est iusta à iure non habet locum, quia ibi dan-  
natur factum & non aliqua persona nisi quatenus incide-  
ret in factum damnatum, & ideo statutū ex se habet vim  
monitionis, ut reputetur legitime cōtumax qui non obe-  
dit statutū, & propter hoc sententiam incurrit.

8. Ad primum arg. dicendum est q̄ nullus de cuius fa-  
lute non desperatur tradendus est in manus hostis tang-  
ab eo exterminandus, sed potest tradi quafi flagellandus  
vt à culpa resipiscat, & sic sit per excommunicationem &  
non amplius.

9. Ad secundum dicendum quod maledictio que con-  
sistit in optatione penae non est licita, & sic loquitur Apo-  
stolus. Sed maledictio que est optatio penae ad correctio-  
nem delinquentis est licita & sancta: sic enim penae sunt  
medicine viiles, & istud sit per excommunicationem que  
est pena medicinalis.

#### QVÆSTIO QVARTA.

Venit sententia ex communicationis  
iniusta lata liget.

A D secundum sic proceditur, & arguitur quod sen-  
tentia excommunicationis iniusta lata liget, quia  
per excommunicationem protectio & gratia dei subtra-  
hitur, ut dicit Magister in litera, sed protectione & gratia  
Dei non potest iniustitia ab aliquo subtrahiri: cū non possint  
subtrahi nisi à Deo qui nihil iniuste agit, ergo sententia  
iniusta lata non nocet nec ligat.

2 Item Greg. dicit. in q. 3. cap. ipse se ligandi. quod li-  
gandi siue soluendi potestate se priuat qui hanc pro sua  
voluntate non pro subditorum morib⁹ exercet, sed sen-  
tentia lata ab eo qui priuatus est potestate non ligat, era  
go &c.

3 Ad idem est quod dicit Gelasius papa loquens de in-  
iusta sententia sic: cui illata est sententia, deponat errorē  
& vacua est & iniusta. Et tanto curare non debet, quanto  
apud Deum & ecclesiam neminem potest grauare, & ha-  
bitur illa. in q. 3. cap. Cui illata.

4 IN CONTRARIUM est quod dicit Canon  
Greg. ii. q. 4. cap. i. quod sententia pastoris siue iusta siue  
iniusta tenenda est & timenda.

5 R E S P O N S I O. Circa questionem istam viden-  
da sunt duo. Primum est illud quod principaliter queritur,  
videlicet virū sententia iniusta liget. Et quia quandoq;  
sententia est iniusta ex parte iudicis, ideo secundo videbi-  
tur quis potest excommunicare, & quis potest ab excom-  
municatione absoluere.

6. Quantum ad primū sciendū est q̄ sententia, aut  
est sic iniusta quod ipso iure est nulla, aut licet sit iniusta  
non ramen est nulla. Si sit iniusta sic, quod ipso iure est  
nulla, sic non est timenda, quia non ligat: quod enim ni-  
hil est, ligare non potest. Potest autem esse nulla, vel ex  
parte iudicis, quia fertur à non suo iudice, vel ex parte iu-  
dicati, quia legitimē appellavit ante sententiam, & reddit  
aliquo modo in ideam, quia legitimē, appellatio interpos-  
ta eximit appellantem à iurisdictione alterius, vel ex par-  
te excommunicationis, quia fertur iuriū ordine præter-  
missio: talis enim ordo iuriū potest prætermitti q̄ senten-  
tia nulla est, sicut si participans cum excommunicetur ex-  
communicetur non præmissa admonitione, extra de sen-  
tentia excommunicatio. Statutū lib. 6. Et in quibusdā aliis casibus  
potest etiā esse iniusta ex parte causa pro qua fertur, quia  
si contineat manifestū errorem nulla est sententia, nisi  
quod error ille, vel est manifestus omnibus, ut illicatur,  
excommunico te, quia credis in deum. Et talis sententia  
non est timenda nec in publico nec in priuato. Si vero er-  
ror non sit omnibus manifestus, quia forte in ratiōne  
est de qua pauci scient iudicare, tunc sententia tenet  
da est in publico propter scandalum communisatis que  
credunt eam iusta latam, sed in priuato non est timenda  
cum modo constet quod sit erronea. sub hoc autem non  
comprehendit sententia que fertur contra illi qui con-  
tinuerit in iudicio per testes secundum ordinem iuriū li-  
get sint falsi, ex quo probatū est sufficiēt contra cum.  
Si autem sit sententia iniusta, sic ramen quod non sit nulla:  
quia forte fertur à iudice malē affecto contra reūm, qd̄  
ex ira vel odio, vel quia prætermittitur aliqua solennitas  
iuriū que non reddit sententia nullam, vel probatur per  
testes contra quos nō excipiunt liceat falsi sicut, aut in quib⁹  
busdā similibus casibus, tunc sententia talis ligat, quia  
vera sententia est quod iudicem & iuriū ordinē: sed con-  
demnatus si est innocens in sustinēdo meretur, nec est ei  
aliquid damnum nisi contemnet.

7. Quantum ad secundū videndum est primo quis  
posit excommunicare, & secundū quis posuit ab excom-  
municatione absoluere. Quantum ad primum sciendum  
est q̄ ferre sententiam excommunicationis non pertinet  
ad secretū iudicij penitentiā in quo agitur causa inter  
deum & hominē corā facerdote, & de quo facerdos nihil  
potest verbo vel signo aliud manifestare aliis: ad talem  
enim

**Lib. IIII. Distinctio. XVIII.**

enim iudicem solum pertinet soluere vel ligare hominem quantum ad conscientiam & respectum dei. In foro autem iudicii exterioris agitur causa hominis ad hominem. & ideo illa qua obligant hominem in cōparatione ad alios homines pertinent ad foro publicum exterioris iudicij. Et quia per excōmunicationē homo separatur a cōmunione fidei, ideo excōmunicatis pertinet ad prae dictū forum propter quod illi soli qui posunt reddere ius inter partes in foro contentioso, posunt ferre sententia excōmunicationis, & talis est Papa iure ordinario super omnes Christianos, & quilibet Episcopus super omnes sibi subditos. Et quia ea quā sunt iurisdictionis ordinariae possunt alii committi, ideo delegati ab Episcopis possunt ferre sententiam excōmunicationis & multo magis delegati a Papa qui etiā ex quadam praerogativa possunt subdelegare, & subdelegati ab eis possunt excōmunicare: plures etiā alii possunt excōmunicare ex priuilegio sibi concessio, vel ex confertudine legitimē obrenta, quia talis cōfuerit dea jurisdictionē. Dicunt etiā quidam & rationabiliter quod quiscumq; per electionē assumitur ad regimen alicuius collegij, ut Abbas, vel prior quando sit per electionē, seu Decanus & quicq; alii cōfūsū possunt ferre sententia excōmunicationis in suis subditos: possunt enim inter eos dicere ius. Et quia iudicium redditur in iniurī & sine cohibitione vana est iurisdictionē, ideo oēs tales possunt per cenfūrā ecclesiasticā subditos cohibere. **Quis autē possit absoluere a sententiā excōmunicationis?** notandum est quod quicdā est sententia iuris, & quādam hominis: quādam etiā est sententia excōmunicationis maioris, & quādam minoris: ab omni sententia maioris excōmunicationis lata a iure potest Episcopus absoluere subditos suos, nisi conditor Canonis expresse retinuerit sibi absolutionē, nec aliquis inferior Episcopo potest a tali sententia absoluere nisi estet ei specialiter commisum. Vnde quanvis aliqui quandoq; senserint quod prius sacerdos possit absoluere. Parcerat nūs a sententiā maioris excōmunicationis cum ius excōmunicationis non retinuit sibi conditor canonis, hoc tam non est verum, nec fulcitur aliquo iure, vel probabilitate ratione.

2. Et dominus Biterren, in operē quod fecit de sententiā excōmunicationis & interdicti narrat, quod in cōpilatione sexti libri decretalium dominus Ebredunensis & dominus Richardus de Senis tunc vicecancellarius Romanus curie, & dictus dominus Biterren, simul exiliētē coram domino Bonifacio, & conferentes de hac materia consenserunt oēs & dominus Papa cum eis q; inferior episcopo nō potest absoluere ab aliqua sententiā maioris excōmunicationis lata a iure: a sententiā autem minoris excōmunicationis quā incurrit participando cum excōmunicatis non in crimen potest absoluere nō solum episcopus, sed proprii sacerdos: ut habetur extra de sen. excom. cap. Nuper. A sententiā autem hominis vel iudicis potest absoluere illi qui eā tulit, vel superior vel successor qui succedit in eodem officio, sicut a sententiā officiali si moritur, vel annoueatur potest absoluere sequens officialis. In quibus autem casibus incurrit aliquis sententiā hominis seu iudicis non cadit sub aliqua arte, vel aliqua certa narratione: in quibus autem incurritur sententiā excōmunicationis a iure lata cadit sub certa narratione iuris positivi, sed non pertinet ad eius dominium seu ad theologos illos causas enumerare, quanvis vtile sit eos scire, ut evitentur: propter quod ad prae sens omittuntur, quia débet etiā illos causas ad partem habere, sicut per plures ex corpore iuris extracti sunt q; eos interferere intra tractas tum theologicum.

3. Ad rationes ante oppositas, dicendum est ad primam q; per excōmunicationem nō subtrahitur protectionē & gratia dei ab excōmunicato: nisi quia subtrahuntur ei suffragia spiritualia ex intentionē ecclesiae, & ideo si iniuste excōmunicatur non ei subtrahuntur: quia licet non participe in suffragiis ecclesiae ex intentionē ecclesiae orantibus, participat tamen ex vi charitatis: si autem iuste excōmunicatur subtrahitur ei protectionē & gratia diuina, primo quidem propter culpam suam. Secundo autem propter ecclesię sententiā.

4. Ad secundum dicendum quod dictum Greg. sic est intelligendum, q; potestate se priuat, id est, dignum priuat

**Quæstio V.**

345

tione se reddit, tamen ipso facto non est priuat. 5. Ad tertium dicendum q; Gelasius loquitur de sententia lata in casu in quo ipso iure nulla est: loquitur enim de sententia lata a Diōscoro heretico, qui p̄catus erat ab ecclesia, & ideo neminem excommunicare poterat.

6. Ad argumētum in oppositum dicendum quod semper sententia iudicis est timenda & tenenda, nisi in casu in quo constat quod nulla est, quia tunc non est sententia, ergo &c.

**QVÆSTIO QUINTA.**  
Vtrum scientier participans cū excommunicato peccet mortaliter.  
*Thom. in additionibus q. 23. per totum.*

**S**ecundo principaliter queritur vtrum scientier participans cum excommunicato peccet mortaliter. Et videtur quod sic, quia nullus debet excōmunicari māiori excōmunicatione nisi pro peccato mortali: vt patet ex praecedente questione, sed participans cū excommunicato nisi admōnitus desistat debet excōmunicari, ergo peccat mortaliter.

7. Item nihil impedit a perceptione eucharistie & aliorum sacramentorum nisi peccatum mortale: veniale enim ab hoc non excludit, sed participans cū excommunicato excludit a perceptione eucharistie & aliorum sacramentorum, ergo &c.

8. Ad idem est quod dicit Inno. & habetur extra de his quod vi metuētē causa fiunt. cap. Sacris. vbi dicitur de qui buſdam qui participauerit cū excommunicatis, quod nō debuerunt hoc facere etiā pro vitāda morte, quia pro vitanda morte nullus debet peccare mortaliter: ita autem ratio nulla est, nisi participare cū excommunicato est peccatum mortale, quare &c.

9. IN CONTRARIUM arguitur sic, q; nullū omnino sit peccatum, quia magis sunt extra ecclesiā Iudei & Pagani q; excōmunicati, sed participare cū Iudeis & Pagani nullum omnipotē peccatum est, ergo nec cū excommunicatis. Item, ex quantitate penā innotescit quātūrā culpe, sed participantibus cū excōmunicatis non imponitur pena tanquam pro mortale, ergo &c.

10. **R E S P O N S I O.** Aliquis potest cū excommunicato participare multipliciter. Vno modo sic, q; participet in crimen pro quo excōmunicatur, & tunc nō est dubium q; talis peccat mortaliter, cum confessus in peccati mortale sit peccatum mortale: incurrit etiā similitudē sententiā. Si maiorem excōmunicationē, vt habetur extra de sen. ex com. cap. Nuper. & cap. Si concubinē. Alio modo potest aliquis participare cū excommunicato non in crimen pro quo est excōmunicatus, sed in aliis actibus communib; Circum quod vidēta sunt tria. Primum est qualiter & quo modis dicatur aliquis participare cū excōmunicato. Secundum est, an participans cū excommunicato in casu non concessio peccat mortaliter. Tertium est, quibus personis & pro qua causa licitum est participare cū excommunicatis.

11. Quantum ad primum notandum est q; cū participare cū excōmunicatis sit prohibitum nisi in certis casibus, & certis personis, vt infra dicetur, per modos participandi prohibitos postulamus īcōrētē quod modis contingit cū excōmunicatis non participare, illi autem modis cōtinentur in his versibus, quibus, si pro delictis anathema quis efficiatur: Os, orare, vale, communio, mensa negatur. os, id est, osculum: orare quia non solum in ecclesia, sed extra ecclesiam nō est cū excommunicato orandum: vale, quia excōmunicatus nō est salutādus, vel refutandus: communio, nō solum in perceptione eucharistie, sed in quocumq; actu legitimo est ei deneganda: mensa, quia non est cū em comedendum vel bibendum. Quāliter autem hāc sint intelligēda fatis clarum est in aliquibus videlicet in primo: dicitur enim aliquis participare in osculo cū excommunicato qui osculatur eum, vel recipit ab eo osculum. Si autē aliquis excōmunicatus osculetur Titum nō excommunicatum, & ego ante vel post osculum eundem Titum, nunquid propter hoc participari cū excōmunicato in osculo? certe nō, quia osculatus sum eundē Titū quē similiter ille excōmunicatus fuerat

XX 4 oscu